inquibus pueri lusimus · minime · Scimus
enim intabernaculū dī & aurū & pilos ca
prarum similiter oblatos; Legimus ineuan
gelio uiduae pauperis duo minuta magis
quam diuitū substantias adprobatas; Et
tunc dedimus quod habuimus · Et nunc
si tamen aliquid proficimus · dño suum
reddimus · gratia enim eius sum quod sum;
Nec diffiteor per hosce XXX annos in eius
opere me ac labore sudasse; Clemens est
pater cito reuertentem filiū suscipit · Nec
expectat donec quis aperiat ostium · ipse
egreditur obuiam · anulum & stolam pa
rat · Lic& germanus inuideat · & scortato
rem ac nepotē uoc& · de salute illius sym
phonia angelicae laetitiae cunctarūq·
uirtutū incaelestibus personat; Hoc ē
illud tempus mi pammachi hac luce dul
cior · quo egressi scholam rethorū diuer
so studio ferebamur · quando ego & heli
odorus carissimus pariter habitare soli
tudinē syrae calcidis uolebamus · quod pu
tabam latere uulgatū · per uetera uestigia
Rursum ingrediar · emendans si fieri po
test curuos apices litterarum; Infans erā·
nec dum scribere noueram; Titubabat ma
nus · tremebant articuli; Nunc ut nihil
aliud proficerim · saltim socraticū illud
habeo · scio quid nesciam; Dicit & tullius
tuus adulescentulus ibi inchoata quędam
& rudia excidisse; Si hoc ille tamquam

de libris ad herennium quā de rethoricis ·
quos ego uel perfectissimos puto ad compa
ratione senilis peritiae dicere potuit · Quan
to magis ego libere ꝓfitebor · & illud fuis
se puerilis ingenii · & hoc mutare senec
tutis · In libris quoq· contra marcionē sep
timus tertullianus hoc idem passus est ·
Et origenes in cantico canticorū · Et quintil
lianus in XII libris institutionis oratoriae;
Ex quibus perspicue ostenditur unāquāq·
aetatem in suo ēē perfectam · & ex annorū
debere numero iudicari; Sed iam tempus
ē proponere exordiū abdiae · & orationū
tuarū auxilio · cui uolumen hoc scribitur ·
confragosum mare & saeculi recursos gur
giter transfretare ·

Visio abdiae; Hunc aiunt ēē haebrei qui
sub rege samariae achab · & impiissima ie
zabel pauit centū ꝓphetas in specubus ·
qui n̄ curuauerunt genu baal · & de VII·
milibus erant quos helias arguit͠ ignoras
se · sepulchrūq· eius usq· hodie cū mausoleo
helisei ꝓphetę & baptistae iohannis in se
baste ueneratione habet̄ · quę olim samaria
dicebatur; Hanc herodes rex iudeę anti
patri filius in honorē augusti caesaris gre
co sermone uocauit augustū; Igit̄ quia
centū ꝓphetas aluerat accepit gratiam
ꝓphetalem · & de duce exercitus · fit dux
ecclesiae; Tunc in samaria paruum gre
gem pauit · Nunc in toto orbe xp̄i pascit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0243